Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36484
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

decimas suas: addet quintam partem earum omnium decimarum.
Boues et oues et capre que sub pastoris uirga transeunt: quicquid
decimum uenerit sanctificabitur domino. Non eligetur nec bonum nec
malum: nec altero commutabitur. Si quis mutauerit: et quod mutatum
est et pro quo mutatum est sanctificabitur domino et non redimetur. Hec sunt precepta
que mandauit dominus per manum moysi ad filios israhel in monte synai.

EXPLICIT LIBER LEVITICI. INCIPIVNT CAP. LIBRI NVMERI. I.

Recognitio duodecim tribuum facta a moyse
et aaron et xii. tribuum principibus a triginta annis et supra preter leuitas et dcm et dl.
ii Iubet dominus tribum leui non numerari, ut ipsi tabernaculo deseruiant et ministrent.
iii Iubet dominus ut ordinate procedant per domos patrias et turmas. iiii De progenie mo
ysi et aaron et filiorum eius qui ad sacerdotium uncti sunt. v Leuitas dicit dominus adiungi
et aaron eo quod sibi accepit eos pro omnibus primogenitis israhel. leuite dinumerantur a mense
uno et supra duodecim milia. cc lxxiii. vi Omne primogenitum filiorum israhel a mense
uno et supra iussit dominus dinumerari. vii Filios caath iubet dominus portare arcam et
mensam et altare et ne tangant sancta ne moriantur. viii Filios gerson iubet portare
dominus tabernaculum et lora. viiii Filios merari capita tabernaculi. et seras. et columnas
et bases omnes portantes opus tabernaculi. viii. d lxx. x Iubet dominus eici de castris
omne inmundum. xi De muliere que latenter fuerit adulterata. xii De his qui uotum
uouerint castitatis. xiii Quomodo benedicant populum sacerdotes. xiiii Vngit
moyses tabernaculum. et principes munera moysi offerunt. xv Singuli per singulos dies
xii. principes munera sua moysi offerunt. xvi De candelabro et lucernis.
xvii De leuitis purificatis ad ministerium tabernaculi. xviii A uiginti quinque annis leui
tas accedere ad ministrandum et a quinquaginta recedere. xviiii Anno secundo
egressionis ex egypto in primo mense iubet dominus celebrari pascha. xx Perfectum est
tabernaculum et nubes texit illud in die et ignis in nocte. xxi Precedente nube
ex precepto promouebant et consistebant. xxii De tubis argenteis ad promouenda
castra. xxiii In secundo anno secundo mense promouent omnes castra. xxiiii Hobab ge
nerum suum hortatur moyses uenire secum. xxv Promouerunt se de monte domini et arca
testamenti precedebat eos. xxvi Murmurauit populus et ignis consumpsit aliquos
ex ipsis. xxvii Fleuit populus petens carnes. et dixit moyses ad dominum non potero